

Clarissimo Viro

P. S. Pallas

S. quovisq; Pausta apprecatur

N. L. Birmanius.

Honorificum et carissimo Parenti admodum acceptum sodalitiū inter tot magni nominis Viros, hujus ævi Mæcenates oblatum audire, et per novissimas allatum Diploma hujus evocationis certiores fieri, inter jucundissima, quæ in hoc mundo attingere possent, referimus, gratamque nostram mentem hisce litteris declaramus: quum vero meus Pater hoc tempore valetudine sui votis suis persolvere, nec per litteras oblatum ipsi honorem testificari possit, etiam atque etiam Te rogat, ut ex Eius nomine Nobilissimis hujus Academiae Directoribus gratias referres, Eumque excusare velles; dum interim optat, ut hisce sub auspiciis, Horumque Ceberri morum Virorum cultu illustris hæc Academia quam diutissima splendeat, per Clarissimorum Virorum Opera de tempore in tempus Scientiæ augmentum acquirant, Artes excolant, et nova detecta Orbi litterato communicent, quibus factis et hoc ævo ad cælum pertinget, ac gloriam per totum terrarum orbem acquirat.

Interim hujus Academiae Moderatoribus, Membribus atque Collegis quacumque Pausta et prospera apprecatur meus Pater, eosque per longam annorum Seriem salvos et incolimes superesse, ut permittat Summis rerum Arbitres, ex animo fovet.

Dabam Amstelædami quarto Augusti die 1778.